



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 142. Bulla Eugenii pro Germanis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. cum ab universali Ecclesia tanquam solus,
A.C. 1447. atque legitimus Pastor agnosceretur,
 tertio denique pacis hujus articulo Basileensibus quoque prospectum erat, quibus
 diuturnior mora in civitate Basileensi gra-
 ve fastidium generabat.

§. CXLI.

Eugenii Papæ infirmitas.

Antonin. tit. Rex itaque Aquensi Archiepiscopo ad
22.c. II. §. 17 Eugenium, & Basileenses ablegato,
 eosdem consilii sui certiores fecit. Ve-
 rum vix Romæ urbis limina salutaverat
 Præsul, cum triste nuntium de morte Eu-
 genii Papæ ad aures ejus allabitur. Jam-
 jam lecto decumbebat adversa valetu-
 dine pressus, dum Imperatoris ac Ger-
 maniæ Principum Legatos exceperat, &
 quamvis Cardinalibus suis negotium per-
 ficiendi curam reliquisset, cuncta tameu
 Legatorum postulata ipsius rata habuit,
 literasque Apostolicas hac super re con-
 fici decrevit.

§. CXLII.

Bulla Eugenii pro Germanis.

Bullar. to. I. Igitur Legatis Pontificis cubile ingressis,
Eugen. IV. jurataque ei obedientia Æneas Sylvius
Conſt. 29. Bullam jussu Papæ conceptam, quæ Euge-
 nii postrema erat, eisdem consignabat. In
 ea

ea die septimo Februarii data Papa Ger- Sæcul. XV.
A.C. 1447.
manorum Nationi concessit, approba-
vitque plures articulos circa beneficia,
Diœcesium jurisdictionem, subditos, at-
que Episcoporum Vasallos, annatas, &
communia servitia. Iusuper omnia contra
auctoritatem Sedis Apostolicæ durante
schismate attentata nulla & irrita decla-
ravit; Omnesque, qui Congregationi Basi-
leensi sub nomine generalis Concilii post
dissolutionem prædictæ Synodi adhæserunt,
Et qui jam ad obedientiam Papæ reversi sunt,
vel redierint, absoluit, ac pristinis suis
officiis, beneficiis, atque dignitatibus re-
stituit. Omnia Et singula de Venerabilium
Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalium con-
silio Et assensu.

§. CXLIII.

*Romanorum applausus ob restitutam
Ecclesiæ pacem.*

Absoluto Legatorum colloquio rursus
in publico Patrum Senatu. in quo
absente Papa Cardinales præsidebant,
Cæsar, aliorumque Principum mandata
fuere promulgata, necnon in gratiarum
actionem supplicatio decreta. Inde fe-
stis ignibus reluxit civitas, ærisque
campani sonitus ubique audiebatur. Car-
dinales, ceterique Prælati instructo sup-
plicationis ordine a D. Marci usque ad
Hist. Eccles. Tom. XXVIII. L. Basili-